



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Medita=||tiones Rervm Di-||vinarvm In Psalmos||
Quindecim**

Hillesheim, Ludwig

Coloniae, 1572

VD16 H 3683

Resipiscentis Cvm Filio Perdito, coram Deo confessio pia & plena
affectibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60352](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-60352)

**R E S I P I S C E N -
T I S C V M F I L I O P E R .**

dito , coram Deo confes-
sio pia & plena
affectionibus.

Ex Fero.

FEN Domine Deus, infelix ego pec-
cator ad paternæ tuæ miseratio-
nis solium prouolutus, peccatum meum
cum filio perduto , supplex deprecatum
venio. Peccavi pater cœlestis in te , fili-
us tuus vocari deinceps dignus non sum,
quia homo peccator sum , nunquam in-
mandatis tuis delectatus sum, yti te vel-
le, me æquum erat facere. Amorem qui
per omnia , erga te rectus esse debebat,
ad mundū, eiusq; inuerti gaudia. Proxi-
mū meū, quem te iubente , vii me diligiri
debui , odio, inuidia, obtricationibus
infensè persequutus sum, si quis dexter

G 2 illi



illi rerum euentus, non gratulabar : si
quid sinistre accidit, non indolui. Quas
o Deus cupiditates, quos pectoris mei sen-
tio affectus? quos ad superbiam, ad am-
bitionem, ad carnis omnigenas illece-
bras stimulos? Quae mihi in homines
creaturas tuas affectio? quam exarsi in
eas amore? quam deperi eas? cum homi-
nibus ut placerem nihil arduum, nihilq;
arbitrabor difficile: interea tamen obli-
tus tui o D E V S, tuiq; oblitus verbi. E
diuerso, quam nulla mihi in afflictioni-
bus meis ob meam salutem abs te D E O
meo clementer irrogatis, patientia? Ut
nulla me gratitudo incendit ergate, pro-
mara passione tua, proq; magnis, et in-
numeris beneficijs, quotidie collatis in
me? Et quis o D E V S, omnibus pecca-
tis meis enumerandis sufficit? nulla vel
in carne vel in mente mea sanitas, omnia
peccatorum conspurcata sordibus, cum
mens mea, voluntate in malum prona,
languet, caro mea execrandis debilitatur
actibus



actibus. Et quid restat, nisi ut aeternis
gehennæ condemner cruciatibus? Sed ô
Domine Deus clementissime, ô pater piissi-
mum nunquid in infinitum tua miseratio,
totius orbis terraram peccata exce-
dit? In hoc enim dedisti Iesum Chri-
stum filium tuum unicum, qui ut nos ti-
bi reconciliaret, pro peccatis nostris satis-
fecit. Accedo ergo ad te, cum filio illo per-
dito, in quo pro tua clementia misericor-
diam tuam magnificasti, cuius conuersi-
onem patienter exspectasti, quem etiam
cum gaudio suscipiens, insigni decorasti
elogio: Filius, inquiens, hic meus mor-
tuus erat, et reuixit: perditus erat, &
inuentus est. Et mibi ô pater, hanc pre-
sta gratiam per Iesum Christum filium
tuum, ut & ipse hanc latitiae vocem au-
diam, ne perdar, ne inteream, ne in pec-
catis meis moriar: adiuua me, conuerte
me, ad nouæ vite rationem incundam in-
noua me, & omnino eam, quæ et tibi pla-
geat, & proximo prodesse queat. Sed &

G 3 cunis



cum Apostolis tibi dilectis oro, Adauge
nobis Domine fidem, sis præsto in extre-
mis nostris, adiuua nos pro tua clementi-
gratia, ut diabolo, fide, constantia fortis,
resistamus. Diuinum verbum tuum con-
cipiamus, in hoc consolemur, ex hac leti-
tia inebriemur, animemur, & hinc emi-
grandi, & in sempiternum tecum ma-
nendi. Hoc aeterno Deus in te confiden-
ter speranti præsta, ut omnes fide te ap-
prehendentes, per passionem & mortem
tuam, cœlestis, sempiterni, regni tui, ef-
ficiamur cohaeredes. Sim licet solus om-
nium totius orbis huius peccatorum re-
as, non despero tamen, scio equidem mi-
sericordiam tuam præstare per te omni-
um salutem velle. ipse enim ait: Non ve-
ni vocare iustos, sed peccatores ad pœni-
tentiam, & ad salutem. Et per Ezeki-
elem: Viuo ego dicit Dominus, nolo mor-
tem peccatoris, sed ut magis conuertan-
tur & viuat. In has aliasq; consimiles
promissiones tuas consolationem meam,

&



et spem meam omnem deposui. Nunc mihi viuere atque mori idem est, in gaudio deinceps diuinæ voluntatis tuae visitationem præstolabor, Amen.

Brevis alia eiusdem
generis.

Omnipotens, clemens, benigne, misericors, misericorde, piissime, pietateq; Pater,
propitius esto mihi misero peccatori, ne in peccata mea respicias, sed in innocentiam, virtutem, et iustitiam IESU Christi filij tui redemptoris nostri, conuerte oculostuos. Huius passio & mors in me peccatore sit efficax. Exaudi me ô DEVS, per eundem Dominum nostrum Iesum Christum,

Liber Societatis Jesu Cadernus, To 1586
F I N I S.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

